



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 253. In universam terram usque in horam Nonam. v. 44.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

§. 253. *In universam terram usque in horam Nonam. v. 44.*

Ut videretur & sentiretur ab omni Creatura rationabili indicium, que fieret non esse has tenebras naturales, sed supernaturales, implicabat enim in plenilunio (in quo solo fas erat Iudæis pascha celebrare) naturalem fieri eclipsin. Visa ergo per totum mundi spatium, in Asia, Africa, parte Americæ & Europa, non unius horæ spatio, sed plurium insolitis tenebris facile omnes adverterint, non levem esse causam, ob quam Deus permitteret tam insolentem rem evenire, & sic disponi ut quando paulo post venirent Apostoli prædicantes passum Dominum ex die & horis tenebrarum verisimilitudinis caperent, argumenta.

Domine hæc sunt signa potestatis tuæ miracula patrantis ad conversionem gentium, qui Iudæis dedisti Scripturas. Benedictus es tu, qui unicuique opportuna præbes argumenta conversionis, hæreticis rationes syllogisticas, gentibus miracula, Iudæis scripturas, peccatoribus timorem pœnarum, iustis spem æternorum bonorum. Vere bene omnia fecisti.

§. 254. *Et sol obscuratus est. v. 45.*

Ut iusta funebria Creatori tuo sol persolveret, quoniam moriente patrefamilias tota domus nigris vestitur in signum luctus: ita mundus iste tenebris vestitus est. Insuper detestationem sceleris Iudæorum, quasi indigni essent, quos aspicere sol deberet, & digni quibus subduceretur verus sol Christus eiusque Evangelii tam en, quo ablato in tenebris cæcitas & ignorantia permanerent, dixerant enim Iudæi *Tolle, tolle hunc*, quasi dicerent gravis est etiam nobis ad videndum, itaque & sol noluit eos aspicere, & sic quodammodo clamavit, *tolle, tolle istos, & disperge eos in nationibus*. Oritur hic quæstio quantæ fuerint istæ tenebræ: item quid manentibus tenebris, à sexta usque ad nonam, præsentis egerint quod hæ tenebræ Iudæis essent ob veteræ hora sexta diei iam olim Iudæis propheta Amos prædixit: *Oscides sol in meridie & tenebre scere faciã terrã in die luminis sui*. Quo loco manifeste ad literam loquitur Propheta de terra Iudæorum Et ideo suspicari liceret, eas tenebras ultra Iudæorum terram non tetendisse, & revera AA. sunt, qui tenebras tantum referre volunt ad Iudæorum regionem, sed mihi videtur rutilius esse, credere Evangelio Christi, quo dicitur *tenebræ factæ sunt in universam terram*: & solem esse obscuratum. nam in Ægypto teste Arcopagita Dionysio, tunc in civitate Heliopoli commorante: & in Bithynia urbes concussæ sunt maximo terræ motu, ut refert Eusebius: & Romana Civi-